



Kern 86  
(1-54; a-g)



47

CONSPECTVS  
 LABORVM  
 QVIBVS  
 PROFESSORES  
 ACADEMIAE  
 FRIDERICIANAE  
 PER SEMESTRE HIBERNVM  
 IN  
 STUDIOSAE IVENTVTIS COMMODVM  
 VACARE CONSTITVERVNT  
 PRO-RECTORE MAGNIFICO  
 IOANNE ANDREA  
 DE SEGNER

REG. MAIESTAT. PORVSSICAE A CONSILII INTIMIS, MATHEMAT ET. PHILOS.  
 NAT. PROFESSORE PRIMARIO, ACAD. SCIENT. IMP. PETROPOL. SOC. REG. LOND. ET ACAD.  
 REGIAE SCIENT. BEROL. SODALI.

---

P. P. d. XXIV. SEPTEMBR. MDCCLXIV.



HALAE MAGDEBURGICAE,  
 TYPIS IOANNIS IACOBI CVRTIL







## LECTIONES PRORECTORIS AC DIRECTORIS



**IO. ANDR. DE SEGNER**, hora XI. explicabit nouem priora capita **ALGEBRAE** suae, quae fundamenta continent vniuersae Analytice mathematicae. Hora II. perget in lectionibus **PHYSICIS**, quas finiente hoc semestri absoluet; hora autem III. denuo tradet **Elementa Mathematicae, ARITHMETICAM ET GEOMETRIAM**, vna cum calculo Geometrico.

**IO. TOBIAS CARRACH, IC.** priuatim 1) ad B. BÜHMERS *Doctrinam de Actionibus*, 2) nec non ad B. HEINECCI *Elementa Iuris Civilis secundum ordinem Institutionum* commenta itur. 3) Collegio Processuali desiderantibus inseruet. 4) Neque deerit illis, qui vel collegio disputatorio vel specimenibus sub eius praesidio defendendis industriam suam exercere cupiunt.

### LECTIONES THEOLOGICAE.

**GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS** pastorales institutiones tradet, et, quantum vires et valetudo permittent, in exegetico-afcteticis in 1. epistolam ad Timotheum et paraeneticis praelectionibus perget.

**IO. GEOR. KNAPP, h. 8-9.** alteram *theologiae dogmaticae* partem, scilicet *anthropologiam*; h. 11-12. vero pariter alteram *theologiae moralis* partem, de officii praecipientem, explicabit. Die Domini h. 5-6. in *afctetica tractatione* locorum S. f. selectorum perget.

**IO. SALOMO SEMLER** *dogmaticae theologiae partem alteram* praebit; *polemicam* autem partem *primam*; selectis autem auditoribus de *causis theologiae* et satis inde a seculo XVI. sic exponet, vt ad informationem personae doctoris publicae diligenter attendat, propositis eius, quod imitandum vitandumque sit, exemplis.

**IO. AVG. NOESSELT B. C. D.** 1) e curiu interpretationis librorum Noui Test., quem intra sesquiannum conficere solet, omnes *Pauli Apostoli*, praeterquam ad Ebraeos, epistolae explicabit. 2) Perget in interpretandis *locis classici*, e quibus fidei christianae dogmata optime cognosci possunt, eorumque alteram partem, quae est de homine eiusque vera salute, absoluet. 3) Proponet *interpretandas sacrae Scripturae praeepta*, vti Ernestii, V. V. elegantissima *institutione interpretis*; ac 4) alteram partem *doctrinae de moribus Christianorum regendis*, quae est de officii et virtutibus Christianorum, conficiet.

**IO. FRID. GRVNER** pluribus in programme publice exponet de academicis laboribus, constituto interea et *exegeticis* lectionibus in epistolam ad Romanos, et exercitio *disputandi* dare operam.

### I V R I D I C A E.

**DANIEL NETTELBLADT** interpretabitur hora IX-X. III. **GEOR. LVD. BOEHMERI** principia iuris canonici; hora X-XI. et II-III. III. **HELLFELD** iurisprudentiam forensalem secundum Pandectarum ordinem; hora XI-XII. III. **PÖTTERI** elementa iuris publici germanici. Desiderantibus etiam inseruet horae III-IV. collegio praedico.

**PHILIPPVS IACOBVS HEISLER** I. in commentationibus suis in B. **BOEHMERI** *Introductionem in ius Digestorum* perget. 2. B. **HEINECCI** *Elementis iuris civilis secundum ordinem Institutionum* explicandis horis XI-XII. et I-II. operam dabit.

**GEORGIUS SAMVEL MADIHN** 1) *Ius Pandectarum* duce B. I. H. **BOEHMERO** horis 8-9. 10-II. et 2-3. 2) *Ius Canonicum* praeeunte Illustri **GE. LVDOV. BOEHMERO** hora 9-10. 3) *Principia Institutionum Diui IUSTINIANI IMP.* hora 11-12. interpretabitur. 4) *Iura Piscalionum, seruitutum, hereditatum, contractuum et actionum* ad ductum *Institutionum suarum Iuris Civilis* hora 1-2. explicabit, pleniorumque eorum doctrinam, instituto singulis *Saturis* diebus, eadem hora, *disputandi exercitio* firmare studebit. 5) *Lectiones suas Iuris naturae et gentium peculiari Programme* significabit. ER-



ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL per instans semestris hybernium honoratissimis Cuiusvis Ordinis Commilitonibus offert 1) Hor. VIII-IX. Collegium Iuris Criminalis interprete Kochio 2) Hor. X-XI. et II-III. Collegium Pandectarum praeceunte Ludouici 3) Hor. XI-XII. Collegium Institutionum secundum Compendium Heineccianum 4) Collegium Iuris feudalis Duce Compendio Struuii-Hellfeldiano edit. nouiss. 5) Collegium disputatorium et examinatorium horis haecenus consuetis.

## MEDICAE.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in praelectionibus, diebus Mercurii et Saturni, hora II. ad XII. commentabitur in SCHARANDAEI libellum, de ratione visendi aegros; priuato autem studio hora VIII. ad IX. Pathologiam spectabilem, et hora X. ad XI. Therapiam generalem explanabit; hora autem XI. ad XII. diebus ☿ ♀ et ♀ commentabitur in clariss. BOERNERI Institutiones Medicinae legalis, horumque laborum initium die XV. Octobr. h. e. D. faciet.

FRIDER. HOFFMANN, P. P. O. publice, hora X-XI. physiologiam, priuatim vero, hora XI-XII. materiam medicam praeleget. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nudinis Ispensibus die XV. Octobris.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER hora VIII-IX. et II-III. Cel. LVDWIGII Institutiones Medicinae clinicae, additis insuper necessariis regulis et cautelis praedicis, perspicue tradet; hora I-II. praeleget Osteologiam ad ductum compendii proprii, curamque simul instituendarum Demonstrationum et Preparatorum anatomicarum geret; denique vero, si tempus permittet, hora XI-XII. in Cel. LVDWIGII Institutiones Physiologiae commentabitur.

IO. PET. EBERHARD, hor. II-III. Pathologiam explicabit ad ductum T. II. Conspectus Med. Theor. a se editi, praeterea Semiologiam tradet. Reliquae Praelectiones erunt philosphicae.

D. F. C. IVNCKER publicae hora VIII-IX. Semiologiam interpretabitur. Priuatim hora XI-XII. Physiologiam seu doctrinam de corpore humano in statu naturali constituto praeleget; hora II-III. subiecta Materiae medicae promoustraturus eorum vires et vsum ad ductum proprii compendii explicabit. Priuatissima exercitia hora IX-X. in collegio clinico cum prouentibus more consueto perpetuabit. Has indicatas lectiones intra spatium semestris h. e. Deo dextre absoluet.

## PHILOSOPHICAE.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice, praemissa Matheſi vniuersali, puram h. IV. priuatim autem applicatam h. II. vtramque ad Compendium Wolfianum; physicam vero dogmatico-experimentalem, vt solitus est, h. I. explicabit. Singularum harum praelectionum repetitioni horas aliquas impendet. Die Saturni h. III-V. physicam priuatim sine uacabit. Desiderantibus Historiam naturalem aut Chemiam inseruire studebit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in recitationibus vsum Historiae naturalis in Medicina singularem, quoad potiora eius capita, ostendet et exponet, priuatim autem occupatus erit in illa Historiae naturalis parte, quae animale complectitur regnum, diesque acc horas laboribus huius destinandas, consueto tempore seorsim indicabit.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ 1) lectiones Logicas et Metaphysicas, cursum instituendas, restaurabit; 2) ex Pentateucho Mosiaco Leuiticum, Numeros et Deuteronomium interpretabitur; 3) IV. Euangelia observationibus philologicis et criticis, quantum satis est, illustrabit; et denique 4) ad lectiones Oeconomico-Camerales redibit. Priuatissimae scholae, si quae aperiendae fuerint, ex tabula publica significabuntur.

GE. FRID. MEIER, docebit h. 9-10. ethicam philosophicam praeceunte b. Baumgarten, 10-II. ius naturae et 2-3. logicam.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM pragmatica methodo tradet hora III-IV. Historiam Sacri Romano-Germanici Imperii ad seriem introductionis suae; ab IV-V. vero historiam Vniuersalem Regnorum Europae ad compendium suum proponet. Nec in deerit, qui Collegium Historiae Iuris desiderabunt.

ADAMVS GVLIELMVS FRANZEN, priuatim hor. IX-X. Christiani Ioh. Ant. Coruini Logicam; hor. X-XI. Heineccii fundamenta stilii cultioris; hor. III-IV. Alex. Gottl. Baumgarteni Metaphysicam explicabit; publice vero hor. II-III. tres Ciceronis orationes, pro A. Caecina, pro Luc. Murena et pro lege Manilia, ita interpretabitur, vt eandem vniuersae quidem elegantiae et ornatus, potissimum tamen trium dicendi generum, quibus omnis dicendi scribendiue iusta varietas cernitur, tenuis illius, mediocris et sublimis, exempla proponat.

EX-



## EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN, eadem ratione, qua per aetatem doctrinae de Satisfactione, Iustificatione et Praedestinatione illustravit, perget ad alia fidei capita dogmaticae et potencie tractanda. Porro scholas habebit *sfagogicas* in *librum Concordiae* atque in *epistolam ad Romanos paraphrasicas*. Denique gemina per hebdomadam hora vitamque *Theologiae dogmaticae* pariem ad Thef. Baumgart. de nouo *disputare* incipiet.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI *publice*, hora I. dieb. Sabbath. Historiam vet. Germ. populorum; priuam hora III. Historiam S. R. I. ad Schmauffii *Historiesches Lus Publicum*, Hora IV. Historiam Regnorum Europ. ad Gebaueri *Grundriß*; *privatissime* Hor. VI. Notitiam Statificam Imperii Rom. Germ. docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE *selecto* Dn. Auditorum numero *artem relatoriam* praecunte B. PARENTE in *der Anleitung zu Referirung der Acten* tradet.

PHIL. ERN. BERTRAM illustrabit 1) *Historiam Imperii Rom.* Germ. ad ducum Compendii *Pitteriani* 2) exponet Cl. *Achenuallii* *Notitiam praecipuorum statuum Europae*, addeque haec vice *Notitiam Feliquorum statuum*, qui in hoc compendio omisi sunt. 3) docebit *Historiam litterariam* et vniuersalem et omnium artium liberalium ac litterarum humaniorum ad ducum *Partis primae introductionis suae*, haecque per instans semestre absoluet. Horas his praedictionibus destinatas e valis publicis indicabit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hyemate Fundamenta botanica publica translatione explicabit. Priuam vero Differentiam Fructuum, Seminum et capsularum Seminalium illustrabit. Initium harum sectionum ex valis erit indicandum.

D. FRIDERICVS LEBERECHE SVPRIAN per hoc semestre hybernium pathologicae acroses publice proponet; priuam autem Boerhauii institutiones medicas et infantum morbos explicabit.

IO. PET. EBERHARD, h. IX-X. Mathesin adpictam exponet, h. X-XI. *Mathesin puram*, vitamque ad WOLEIANVM compendium. h. I-II. *Physicam* explicabit in propriis institutiones.

F. W. ELLENBERGER DE ZINNENDORF commentari apud se constituit in Illustris Gesneri *Isagogen* in eruditionem vniuersalem; in linguam ebraeam tam critice et grammaticae in Canticum Canticorum Salomonis; quam in vniuersam Prouerborum librum additis observationibus; Accentuationem praeter ea hebraeam tradet. Societatis caritae quodque negotia.


IOAN. LVDOV. SCHVLZE per hoc semestre 1) in explicandis N. T. libris perget, et facta ab Actis Apostolorum initio, Deo annuente, Epistolas paulinas omnes, vna cum septem catholicis interpretabitur. 2) In *Psalms*, aut, si aptius visum fuerit, in *Iesaiam*, commentabitur. 3) Prophetam *Danilem* analytice illustrabit ita, vt quae in hoc libro chaldaica sunt, succinde exponat, et in quo chaldaica lingua ab hebraica differt, ostendat. His denique 4) lectiones syriacas si Auditoribus placent, adiunger, ad ducum Syriacum a b. Michaelis editi. Horae e valis publicis innotescant. Qui haece accedent labores, priuatis studiis consecrati erunt.

IO. CHRISTIAN. FOERSTER bono c. D. docebit 1) *metaphysicam* hor. 9-10, secundum systema b. BAUMGARTEN 2) *principia iuris naturae et Gentium* explicabit hor. 10-II. ducem secutus Excell. ACHENWALL 3) *philosophiam rationalem* exponet iuxta b. BAUMGARTEN acrosin logicam. 4) *Initia doctrinae solidioris* ERNESTI V. V. hor. 3-4. demonstrabit. Diebus Saturni hor. 1-2. illos in *disputando* de grauioribus philosophici argumenti exercebit, qui haec exercitia volunt.











47

CONSPECTVS  
 LABORVM  
 QVIBVS  
 PROFESSORES  
 ACADEMIAE  
 FRIDERICIANAE  
 PER SEMESTRE HIBERNVM  
 IN  
 STUDIOSAE IVENTVTIS COMMODYM  
 VACARE CONSTITVERVNT  
 PRO-RECTORE MAGNIFICO  
 IOANNE ANDREA  
 DE SEGNER

REG. MAIESTAT. PORVSSICAE A CONSILII  
 NAT. PROFESSORE PRIMARIO, ACAD. SCIENT. IMP.  
 REGIAE SCIENT. BEROLINENSIS

P. P. d. XXIV. SEPTEMBER



HALAE MAGDEBVRGICAE  
 TYPIS IOANNIS IACOB

